



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Quæstio 12. Vtrùm ætas ad ordines computari possit à die conceptionis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

care mortaliter, inter quos M. Sotus, Navarrus, Torrelblanca, Victoria, & alii, quos sequitur Diana p. 8. tract. 1. resolut. 4.7. & p. 10. tract. 11. resolut. 14. & p. 11. tract. 2. resolut. 17. Quibus adde M. Serra ubi supra fol. 26, dicentem: *Ita sentire Navarrum, & alios recentiores, & ad verba Concilii, inquit, respondent. ibi nil præcipi iniunctis, sed præscribi Episcopis, quod facere debeant, quamvis nec stricta aliqua obligatio imponatur, quia nullum est verbum, quo strictum præceptum indicetur. *Idem sentiunt plures alii. *Quæ omnia (inquit M. Prado supra num. 26.) probant in hoc puncto, quemlibet posse in suo sensu abundare.*

11. Sed rogas, an saltem sit peccatum veniale. Et ratio difficultandi est, quia, ut fatentur auctores citati, in Concilio non est præceptum, nec ex alio capite adducitur, ergo qui ordinatur non confirmatus, nullum frangit præceptum. Ergo nullum committit peccatum. Videretur dilectus evidens ex supra dictis; nam ex eo, quod non detur præceptum confirmationis per se loquendo, inferunt non esse venialem ejus omissionem, Petrus de Ledesma, M. Serra, M. Nuno, Ludovicus de S. Juan, & plures alii supra citati: ergo ex eo quod nullum detur præceptum prohibens recipere ordines, non præcedente confirmatione, inferunt similiter non esse venialem ante confirmationem illos recipere. Idem hanc partem consequenter ad superius dicta defendit Granado tract. 4. disp. 1. n. 9. Et non improbat illud refertens Leander à Sacram. supra quæst. 8. Nec potest, me iudice, aliter negari, quam asserendo peccatum mortale committi, quia si in Concilii verbis continetur præceptum non recipiendi ordines, non præmissa confirmatione, cum mater a sit gravis: nequit non sub lethali obligare: si autem verba Concilii consilium tantum contineant, nullum erit peccatum adhuc veniale, quia agere contra consilium, ne veniale quidem est. Dicere autem dari præceptum, sed materiam esse levem, non video, quo fundamento dici possit; quia res prohibita gravissima est, nempe ordinis suscipio, quæ quidem, admissio præcepti, prohibetur non præmissa confirmatione, sicut non præmissa contritione, seu confessione peccati lethalis. Nec apparet cur accipere ordines majores, non susceptis minoribus, sit materia secundum omnes, non verò ordines suscipere, non suscepto Sacramento Confirmationis: cum utrobique (ut ipsi contendunt) sit præceptum prohibens, & insuper sit de fide, confirmationem esse Sacramentum, quod de ordinibus minoribus plures negant. Dicendum ergo est, aut nullam esse culpam ordines, etiam majores suscipere, non præmissa confirmatione, aut esse gravem.

12. Unum hic adverte M. Martinum de Ledesma tom. 1. in 4. sentent. quæst. 13. artic. 12. exilimare non esse de necessitate Sacramenti Confirmationis, quod unctio adhibeatur in fronte, ibi: *Nota, quod puto, non esse de necessitate Sacramenti Confirmationis, ut in fronte conferatur. *Cui consentit M. Victoria in Summ. de Confr. q. 18. Verum hanc opinionem esse plus quam temerariam, & oppositam esse de fide, dicit Basilus de Leon in Praelectione de Sacram. Confirmationis, p. 2. cap. 5. nu. 5. Quia apertissime constat non solum ex usu Ecclesie, & ex auctoritate PP. sed ex Innocentio III. in cap. unico de sacra Unctione, & ex Concilio Florentino decreto de Armenis, ibi: *Idem in fronte, ubi verecundia sedes est, confirmandus injungitur, ne Christinomen confiteri erubescat, & præcipue crucem ejus, quæ Judæis est scandalum, gentibus autem stultitia, secundum Apostolum.

Part. II.

Propter quod crucis signo signatur. *Et ita tradit D. Thomas 3. p. q. 72. art. 9. & communiter Theologi. Quapropter Suarez 3. p. to. 3. q. 72. art. 4. disput. 33. sect. 3. dicit, oppositam sententiam non solum esse falsam, sed valde temerariam. Quod Bellarm. cap. 8. Prop. 4. ex pluribus Summis Pontificibus, & Conciliis comprobatur, & sequuntur Aegidius, Fjlliucius, Valentia, Layman, Nugnus, Sotus, & alii, apud Leandrum tom. 1. tract. 3. disp. 3. q. 5.

QVÆSTIO XII.

Virum atas ad ordines requisita computari possit à die conceptionis?

S. I.

Authores & fundamenta partis affirmati-væ.

1. **A**tatem ad ordines statuit Trident. sess. 23. cap. 12. ubi ad Subdiaconatum vigesimum secundum, ad Diaconatum vigesimum tertium, ad Præbiteratum vigesimum quintum (inceptum, scilicet) annum exigit, ut communis Theologorum sententia, & Episcoporum praxis exponit. Difficultas ergo est, à quo tempore atas hæc computari debeat.

2. Non defecere Doctores, qui à die conceptionis (id est, animationis fetus) computari posse existimarint, quos suppresso nomine refert P. Joannes Præpositus in 3. p. de Sacram. Ordinis, quæst. unica, dub. 17. nu. 166. Quam sententiam P. Thom. Sanchez tom. 2. consil. lib. 7. cap. 1. dub. 3. n. 8. attribuit Glossæ, & Mandolio, dicens: *Nota, quod Glossa regula 17. Cancellaria, dicit aratis annos computandos esse à die conceptionis, si id utile sit ei, de cujus ætate agitur, &c. Idem Mandosius de ætate minor. cap. 1. nu. 25. *Et eam tenet Sfortias Oddo tract. de restit. in integrum, p. 1. quæst. 2. art. 7. n. 48.

3. Probat primò. Quia jure civili à die conceptionis computatur: ut multis evincit Mandosius ubi supra. *Ex quibus concludit num. 441. *Conceptus, quoad commoda pro nato generaliter habetur. *Et confirmatur ex l. qui in utero 7. ff. de statu homin. ubi Juriscons. sic habet: *Qui in utero est, perinde est, ac si in rebus humanis esset: custoditur, quoties de commodis ipsius partus quaeritur. *Sunt etiam aliæ leges huic similes, l. qui in utero 26. ff. eod. tit. l. quod dicimus 231. ff. de verb. significat. l. 2. §. Qui autem, ff. de excusat. tutorum, l. cum quidam 30. §. 1. vers. Et in eo venire, de acquirend. hered. *Quibus, & aliis juribus aperte probatur, in utero existentem pro nato haberi, quoties de ejus utilitate agitur. *Sic Didacus Yañez Faxardo in tract. de legitim. per subsequens matrimonium, fol. 18. num. 33.

4. Secundò probatur ex rex. in l. nuper, C. de nat. liber. ubi dicit Imperator. *Hoc favore facimus liberorum, ut editionis tempus statuamus esse inspectandum; (attende) exceptis his tantummodo casibus, in quibus conceptionem magis approbari, infantium conditionis utilitas exoptulat. *Ergo universaliter hæc regula observanda est, ut ait Faxardo ubi supra. *In quibus verbis, inquit, demonstravit, quod homo dum in utero est, pro nato habetur, in rebus sibi utilibus.*

Pp

5. Tærio

sicut nec Bonacina tract. 3. de suspensionibus in particula-
ri, disp. 3. quæst. 1. p. 1. n. 6. Imò in modo impugnandi,
non est simpliciter, sed s. innu. trisolum enim ait: *Quod
ego dixi, sustinendum videtur (scilicet, à die nati-
vitatìs esse computandam ætatem) contra Sfortiam,
& alios arbitantes à die conceptionis esse compu-
tandam. *Quæ fundamenta cum anno 1643. ego
congelissem, & proposita fuissent viris Doctissimis,
& Primariis sacræ Theologiæ Magistris in Universi-
tate Complutensi, nonnulli responderunt, aut nul-
lam opinionem ex his, quæ communiter probabiles
habentur, talem esse, aut hanc probabilem esse de-
bere. Sic mihi testati sunt viri alii fide digni.

12. Denique illam multis illustratam novissimè
levi dedit Doctissimus Fr. Ludovicus à Conceptione
in examine Theolog. tom. 1. tract. 1. de Matrim. sexto casu;
quod licet suffragium illi ferre non audeat, omnia vero
proponit fundamenta, & difficultates omnes dissol-
vit. Concludens: *Sic se habent fundamenta pro
secunda ad casum resolutione posita. Modò an sit
probabilis, judicent docti. Per me enim probabilis
non fiet.*

§. II.

No-vum ejusdem sententia præsidium.

13. PROduxì ego fundamenta præcipua, ut consul-
to prætermisi argumentum, quòd, à compu-
tatione ætatis Christi Domini ante Baptismum, Fr.
Ludovicus ubi supra adducit. Quod hujusmodi est.
Christus Dominus trigésimo anno baptizatus fuit,
ut dicitur p. 1. Decret. dist. 78. Can. 4. tradunt PP.
Augustinus, Chrysostomus, Euthymius, Ambrosius,
& alii, sed ætas Christi Domini non potuit ullo mo-
do stare triginta annorum, nisi ætatis computatio-
ne facta à die conceptionis ejus (ut videre est apud
Henriquez in Sum. de fine. Homin. cap. 23. num. 7. cum
glossa) ergo juxta jus commune ætas est computan-
da à die conceptionis: cui juri cum Tridentinum
non derogaverit, conformare videtur. Juris enim
communis correctio vitanda est, dum expressè
illi non derogatur, omnes Doctores faten-
tur.

14. Hoc inquam argumentum, quo utitur per-
doctus P. Fr. Ludovicus à Conceptione, ego con-
sulto prætermisi, quia ut lego apud Henriquez su-
pra num. 6. in gloss. litt. X. & Z. Si ætas ad ordines
computari posset, ea ratione, quæ, in Christo Domi-
no, ætas triginta annorum ad Baptismum computat-
ur, latissima opinandi pateret via. Quia in Christo
Domino numerantur triginta anni ad Baptismum,
eo sensu, quo triduum mortis, ad resurrectionem. Sic
enim à PP. computatio fit. Primus annus Christi Do-
mini cont. net septem tantum dies, nimirum à die 25.
Decembris usque ad diem 31. hujus mensis. Et trige-
simus annus assumit sex tantum dies, post 28. annos
intermedios completos. Quapropter juxta computa-
tionem annorum, ut à nobis communiter fit, ait
Henriquez supra. *Quod Lucæ 3. dicuntur 30. anni,
erat annus vigésimus nonus, inceptus per tredecim
dies. *Scilicet, septem ex primo anno, & sex ex ulti-
mo, & 28. anni intermedii. Unde si computatio,
quæ fit in annis 30. Christi Domini, quoad Baptis-
mum, ad ordines suscipiendos accommodari posset,
nimis stricte opinatus fuisset Fr. Ludovicus à Con-
ceptione, cum ætatem, ex hoc fundamento, à die
conceptionis computari posse scripsit, nam longè

Pars II.

minori ætate pro ordine suscipiendo concludere
posset, & deberet; quia ætas Christi Domini à con-
ceptione etiam computata, non sufficit ad 30. an-
num attingendum, sed ad 29. inceptum per novem
menses, & 30. dies, cum solum addat hæc computatio
novem menses, quibus Christus fuit in utero B. Vir-
ginis supra ætatem ab Henriquez computatam. Nam
Christus Dominus, quando baptizatus est, solum-
modo habebat à die incarnationis 29. annum in-
ceptum per novem menses, & 13. dies; quæ
quidem ætas non attingit 30. annos ince-
ptos.

15. Unde duo sequuntur contra doctissimum
Ludovicum. Primum, ad rem non facere, quod æ-
tas Christi computetur à conceptione, ad nume-
randum 30. annum ante Baptismum, quandoqui-
dem fictam computata, non attingit Christus Do-
minus 30. annum. Secundum ex computatione æta-
tis Christi Domini à PP. facta, ut refert Henriquez,
nullum argumentum desumi posse pro ætate ad or-
dines computanda, quia si aliquod planè evinceretur,
cum, qui natus est anno 1665. die 25. Decem-
bris; ordinem Præbiteratus suscipere posse post
viginti & tres annos completos, & aliquos dies as-
sumptos ex anno sequenti, quia iste diceretur habe-
re 25. annos, ea proprietate, quia Christus dicitur
habuisse triginta, quando baptizatus est; haberet
enim 24. inceptum per 13. dies, septem ex primo an-
no, & sex ex ultimo, & 23. annos completos inter-
medios, quod ad verificandam prædictam propo-
sitionem sufficit, juxta superius dicta, & juxta com-
putationem tridui mortis Christi ab omnibus ad-
mittendam. Ergo vel computatio 30. annorum Chri-
sti Domini nullum præbet argumentum ad quæstio-
nis præsentis decisionem, aut evidenter evincitur,
eum, qui non habet 24. annum inceptum (computa-
tione etiam facta à die conceptionis) ad Sacerdotium
promoveri posse, quæ evidenter falsa sunt. Præ-
terquam quod, licet in Christo Domino computa-
retur ætas à conceptione, nullum inde, pro aliorum
computanda, fieri posset argumentum: est enim
peculiaris ratio in Christo Domino; ut observat
Henriquez ubi supra, dicens: *In solo Christo, quia
in conceptione fuit statim perfectus vir, cum pleno,
& permanenti rationis usu, meritò computantur anni
ab incarnatione integri. *Sic ubi supra cap. 23. in
gloss. litt. s. Unde fit ex annorum computatione jure
communi pro ætate Christi Domini facta, nil fir-
mum desumi posse, pro ætate, à die conceptionis, ad
ordines in aliis computanda.

§. III.

Negativa sententia tenenda.

16. PRO communi sententia negante ejusmodi
computationem ad ordines, stant communi-
ter Doctores. Quibus assentior, quia ex jure Cano-
nico nullum argumentum solidum pro contraria de-
sumitur: illud enim, quod de computatione die-
rum anni bissexilis supra efformavi, à peritioribus
Theologis non admittitur. Ex jure enim civili ad
Canonicum argumentum non valere autumant,
quando communis Doctorum expositio aliter intel-
lexit, ut in præsentia contingit. Hinc omnes, tam
Theologi, quam Canonistæ ætatem ad ordines, ad
beneficia, ad professionem, ad matrimoniam, & alia,
Pp 2 ad

ad quæ jus Canonicum ætatem determinatam exigat; semper computant à nativitate, & solum disputant, an completa, an incepta sufficiat, quod ex verbis Canonum elucere curant, (et si de matrimonio loquentes latius opinentur nonnulli apud Dianam p. 3. tract. 5. resol. 16. in aliquo casu etiam pro ordinibus: Vide illum 2. p. tract. 2. resol. 29. & p. 9. tract. 9. resol. 50. & Leandrum tom. 2. disp. 6. de Ordine, q. 7.) Nemo autem dubitat, fore invalidam professionem ejus, qui decimum sextum annum completeret ex mensibus, quibus fuit in utero, licet ipsi utilis id esse moraliter certum haberetur. Ergo similiter nec dubitari debet, illicitè promovendum ad ordines, & beneficia, qui annorum numerum à Tridentino requisitum, à conceptione computaret. Quia non tam utilitatem personæ, quàm Ecclesiastici status respicere debemus: sicut & religioni consulimus, quando de ætate ad professionem requisita disputamus. Quapropter Thomas Sanchez in consil. rom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 33. licet contrariæ sententiæ censuram non inuenerit, latissimè censuram placere ibidem ostendit, dum ea opinione propolita, subnectit, *sed Covarr. 4. Decretal. 2. p. cap. 4. n. 3. dicit, nil hac ipse falsius dici posse: & P. Joannes Præpositus ubi supra, inquit, *omni carere probabilitate.*

17. Ego verò licet eam non amplectar, à censura cum Sanchez abstinco, tum præpter fundamenta supra facta, tum ob auctoritatem in Doctorum, qui à principis inter sanctis probabilem sèd dicant. Fuerunt enim viri doctissimi, Doctor Torrexon Primarius sacre Theologiæ Cathedræ moderator, in celeberrima Universitate Complutensi. Reverendissimus P. Fr. Leander à Sacram. diligens scriptor, & suis operibus notissimus, & Magistri alii celeberrimos, quos iustus de causis nuncupare omitto.

18. Verum quamvis prædictæ opinionis praxis nulli sit consulenda; si tamen aliquis, mala fide, ea usus fuisset, deservire poterit ad excusandum illum à suspensione, quia Pius Secundus, qui suspensionem imposuit Clericis suscipientibus ordines majores, ante legitimam ætatem, usus est verbo *Presumpsit*, quod scientiam peccati susceptionis ordinis importat, & proinde non solum bona fides, sed ignorantia etiam excusat, dum non sit affectata, à suspensione incurrenda excusabit; ut docent communiter Doctores, quos citatos sequitur Leander tract. 6. de Ordine, disp. 6. quest. 12. Insuper præfata opinio ei, qui bonafide Presbiteratum suscepisset, computatione ætatis à conceptione facta, deservire poterit, (secundum aliquos) ut semel ordinatus, absque scrupulo celebrare possit, quia ut cum Navarro docet Machado to. 2. Sum. lib. 4. p. 1. tract. 7. doc. 4. n. 6. *Este tal, estando legítimamente ordenado, tiene derecho de exercitar se en el orden, que recibio, y por configuiente no peca en ello.* Quorum sententiam probabiliter putant Petrus de Leseña in Sum. m. cap. 7. de orat. vers. La tercera duda, post 1. conclus. Ludovicus de S. Juan quest. 6. de Ordine, artic. 1. diff. 3. & dub. 3. diff. 7. conclus. 3. & alii, qui absolute hanc partem tuerentur, etiam in quacumque ætatis computatione, legitimam ætatem non habeat. Quorum opinio, licet aliàs mihi parum probabilis sit, (quia ejus fundamentum æquè probat de illo, qui mala fide ordinatus suspensionem non incurrit, ratione ignorantie, vel ab incuria per Bullam Cruciatæ absolutus est, quia cum verè ordinatus sit, poterit etiam dici jus habere celebrandi) nihilominus adminiculo alterius opinionis de computatione à die conceptionis, sustineri potest, & ea utentem non damnare.

19. Advertendum verò hic est, Mag. Antonius de Hinojosa in director. decisio Regularum, liti. 6. p. 326. cum Armilla, & Tabiena, contra omnes Doctores, & Ecclesiæ Romanæ praxim, docere sapientem ordines majores ante legitimam ætatem, vel extra tempora, vel sine licetis dimissionibus, incurere suspensionem: putat enim ex Armilla Secundi extravagantem non fuisse receptam. Armilla (inquit) verb. Irregularitas, §. 12. dicit, quod non fuit recepta hæc extravagans. Quorum opinionem subscribendum videtur. *Sed utique saltem in praxis contraria, & curia stylus evincit, hæc præta constitutio non solum Clericos sacculares sed etiam presbiteros procedit, sed etiam Regularum comprehendit, ut videre licet apud Barbolam de presb. Episc. p. 2. Alleg. 16. n. 25.

QVÆSTIO XIII.

Utrum Religiosi possint ordinari ante legitimam ætatem à Tridentino non præscriptam?

S. I.

Quid de jure antiquo?

1. **C**ertissimum est olim potuisse Quindecimtus VIII. dispensare cum toto Ordine Fratrum Minorum, ut postquam viginti annorum ætatem attingerent, dum tamen deficientes sint, possint promoveri ad Sacerdotium, & Missas celebrare, non obstante jure, ex quo contra eum facientibus. Ita refert Dionysius Callag. in Privilegiis Regul. p. 2. tract. 7. prop. 2. subne. 2. ubi se etiam Provinciales Minorum dispensat cum Fratribus sui Ordinis (attende) ut in viginti secundo anno incepto, ad Sacerdotium ascendam, et privilegio Joannis Viginti secundi concessio Conventui domus Chartusæ Sanctæ Trinitatis. Qui concessit: *Ut omnes Monachi, & Clerici domus regis, qui nunc sunt, & erunt pro tempore, viginti annorum ætatem attingentes possint ad Presbiteratum neminem promoveri.* *Quod quidem privilegium, nulli Prælatorum dispensatione requilita, concessio filius Secundus Fratribus Minoribus cum revocatione juris communis, in Bulla edita anno 1506. quæ incipit: *Dudum ad sacrum Ordinem.* Ubi eis induitur, quod Fratres Ordinis Minorum hujusmodi, in viginti secundo anno sue ætatis, tunc & pro tempore constituti ad Presbiteratum ordinem, aliàs tamen ritè, se promovendi possint. Quo privilegio omnes alii Ordines Regularium ante Trident. per communicationem impendunt, ut aperte probatur ex Bulla Leonis X. & aliorum Pontificum apud Brunum Callag. tract. 1. cap. 1. prop. 1. fol. 38. Et constat etiam ex his, quæ tradunt Mag. Joannes de la Cruz in Epit. prælat. cap. 9. dub. 4. Mag. Raphael de la Torre, Lex. canon. inonymus Garcia, & alii, apud Dianam p. 10. tract. 1. resol. 49. & apud Leandrum tom. 2. tract. 6. de Ordine, disp. 6. quest. 46. Et est communis sententia, ut cum Rodriguez, Sorbo, &

* Miranda ait Brunus supra.